

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ab. 52. i



24

I. N. J.
DISPUTATIO XXIV.
SELECTARUM
THESIUM
JURIS CERTI & CON-
TROVERSI

Ex Tit. j. d. Interdictis eiqve Titulis
π. C. I. Theod. βασιλικ. & ἔξ.
respondentibus.

Quam
PRÆSIDENTE
JOHANNE CHRISTO-
PHORO Solis /
J. U. D. & P. Secund.

BERNHARDUS Pflüger/
Hiddenhusa Ravensbergensis Westphalus.

RESPONDENS
publicè defendet
IN AUDITORIO MAJORI
A. clo. Ioc. LXXXII.

REGIOMONTI,
PRÆLO REUSNERIANO.



VIRIS

Præ-Nobilissimis', Amplissimis, Consultissimis atq;
multarum rerum usu Prudentissimis

DN. JOHANNI CHRISTOPHORO
S̄hreven/

Sereniss. Elect. Brandenb. Principatus Mindensis Quæstori
Provinciali meritissimo.

DN. ALBERTO Pegauen/

Seren. Elect. Brand. Cameræ Prussiacæ Sub-Magistro,
& Districtuum quorundam Inspectorι
fidelissimo.

DN. MARTINO Neuman/

Seren. Elect. Brand. Cameræ Prussiacæ Secretario
dignissimo.

DN. PETRO S̄hreven/

Seren. Elect. Brand. Secretario, ac in Prussia Tabelliorum
Magistro vigilantissimo.

Dominis Mæcenatibus, Fautoribus, Patronis
atq;e Promotoribus, omni honoris & reveren-
tiæ cultu æternūm prosequendis,

Disputationem hanc juridicam in devotissimi affe-
ctus tesseram, debitamq; omnisehibitæ, ac
perennandæ benevolentie nec non ulterio-
rem studiorum suorum commendationem
cum voto perpetuæ felicitatis, non immemor
præstitorum beneficiorum, submissè dat,
dedicat consecrat

BERNHARDUS Pflüger/
Juris Cultor.

I.



Ib. 4. Tit. 15. j. respondent' n. Liber 43. C. J. Lib.
VIII. Tit. 1. 2. 3. usq; ad 10. Tit. 22. C. Th. Lib. IV.
Tit. 21. 22. 23. βασιλ. Lib. 58. Tit: 14. 17. 20. 21. 22. 23.
24. δ. Lib. 2. Tit. 13.

II. Agitur in his Titulis (1.) de interdictis
ingeneret. t. j. π. C. Just. & βασιλικ. d. Interdictis
(2.) de jure ex quō Interdicta manant vel univer-
sali nempe ex successione vel præcedente immissione in possessio-
nem t. t. π. C. J. & Tb. Quor. Bon. t. t. π. & C. J. Qu. Leg. & d. Tabu-
lis exhibendis. t. t. π. Ne vis fiat ei qui in possess. miss. vel singulari
Religionis tuenda ergo t. t. π. Ne quid in loc. sac. si. aut publicæ t. t.
π. d. Locis & itineribus publicis. Ne quid in loco publico vel itinere
fiat. d. Loc. publ. fruend. d. Via Publ. & si quid in ea fact. ess. dic. d.
Via publicâ & itinere publ. refic. d. Fluminibus ne quid in flumine pu-
blicô ripavè ejus fiat, quo pejus navigetur. Ne quid in flumine publi-
co fiat quo aqua aliter fluat atq; uti prior. est. fl. Ilt in flumine pu-
blicô navigare liceat, d. Rip. muniend. aut privatae utilitatis causa
t. t. π. d. Vi & Vi arm. t. t. π. C. J. & βασιλικ. Ut ipso fid. t. t. π. d. Su-
perfici. t. t. π. & βασιλ. d. Itin. act. priv. d. aq. quer. & festiv. d. Riv. d.
Fonte d. Cloac. t. t. π. Quod Vi aut clam t. t. C. J. Si per Vim vel
al. mod. t. t. π. d. Remiss. t. t. π. C. J. & βασιλ. d. Prec. t. t. π. d. Arb.
cæd. d. gland. leg. d. hom. lib. exhib. d. Lib. Exhib. Ultrubi d. Mi-
grand. t. t. C. J. & Tb. Vnde V. t. t. δ. d. Rest. Spol. t. t. C. Th.
Ultrum VI.

III. Circa Jus in Re duplex est controversia una principalis
quæ concernit causam proprietatis & totam controversiam dirimit &
finit: altera quæ spectat causam possessionis ut cum causa proprie-
tatis est difficilioris nempe & longioris indagationis alter interim
gaudeat commodo possessionis dum plenius de proprietatis jure co-
gnoscatur arg. l. 2. in fin. C. Ubi in rem l. 13. C. d. R. V. l. 3 C. d. Interd.
idcirco etiam leviores probationes sufficiunt in quō præcipue utili-
tas Interdictorum consistit l. 24. d. R. V. Obtinuit inquit Imperator
in §. 1. j. sub fin. d. Interd. Interdicta appellari quia inter duos dicun-
tur Reum & Actorem nullo dato judice pedaneo in quem potissi-
mum

mum conciperentur. Sed hæc derivatio potius allusio est, & ea pau-
lo remotior à proprietate verbi: sed illa quoque allusio est ab Interim
dicta, donec de toto negotio plenius cognoscatur arg. l. deinde 3. §.
fin. π. d. Lib. Exhib. Vera Etymologia est quā dicuntur ab interdicen-
do quod verbum magis propriè prohibere aliquando etiam mandare
& jubere significat. Nequeo inquit Plaut. in Asin: ego te interdictis
facere mansuetam meis; & Cicero in 7. Verrina, cum Edictum Ver-
ris, quo prohibet ne pater gratis filium captivum invisere possit,
tyrannicum Interdictum vocat. Per tropum dicebantur formulæ &
conceptiones verborum quoniam essentialiter sunt iusta & præcepta
quæ olim certis formulis constabant, sicut non rectè actiones ipsæ
formulæ vocantur sed petitiones sub certis formulis instituendæ &
proponendæ. Sed hac curiosâ solennitate verborum tam in Actioni-
bus civilibus quam Prætoriis Lege Constantianâ jam sublatâ l. 1. & 2.
C. d. Form. & impetr. subl. l. actio negg gest. 47. §. 1. π. d. N. G. hodie
apud quemvis judicem actionibus utilibus ex causa Interdictorum
redditis sine ullâ solennitate agi potest l. ult. C. d. Interd. Bachov. in
Treutl. V. 2. d. 25. θ. 1. lit. B.C. Quod vero hæc de possessione maximè
competentia & petitorii duntaxat præparatoria Interdicta nonnun-
quam proprietatis causam sive rei persecutionem cum possessione si-
mul complecti dicantur l. 2. §. quædam π. d. Interd. quorum hic qua-
tuor annotat post Cujac in par. C. d. Interd. Vultej. in pr. n. 43. & J.
R. p. 550. Id tamen magis sit ex qualitate Rei de qua agitur quæ Judi-
cium Prætorium post se non admittit, quam ex natura & formâ Inter-
dict. testatur Wesenb. in par. in fin. d. Interd. Inter Interdicta Adipi-
scendæ possessionis primum est Quorum bonorum de possessione rerū
hereditiarum restituendâ competens hoc duplex directum & utile
Interdictum Quorum Bonorū directum est quod directo ex ipsis ver-
bis & dispositione Edicti Prætoris competit successori Prætorio seu
Bonorum possessori l. 1. pr. π. Quor. bon. Althus. Dicæol. l. 1. c. 139.
n. 4. Utile est quod ex interpretatione & mente Edicti etiam ad Suc-
cessorem Juris Civilis porrigitur Treutl. vol. 2. Disp. & θ. d. lit. G.
Peretz. in Cod. b. t. n. 2. Hoc Interdictum introduxit Prætor. l. 1. pr.
π. Quor. bon. ideo quod quamvis successor jus hereditiarum re-
rum consequatur l. 1. 3. pr. π. d. B. P. possessionem tamen corpora-
lem apprehendere obstrictus est l. 23. pr. π. d. A. P. l. 1. §. 15. π. Si is
qu. Testam. eamqve si alius forte teneat, per hoc Interdictum, licet
haud



haud desit hereditatis petitio, commodè petere potest Zæs. in Comm.
π. b. t. ΠΕΡΙ L. 3. T. 5. §. 19. ex jure hereditariō tum Testamentario,
tum Legitimo, tum possessorio tum FideiCommisario. Objectum
hujus Interdicti est possessio rerum hereditiarum §. 1.2. j. d. Interd.
l. i. pr. §. 1. l. 2. π. b. t. l. 1. 2. 3. C. eod. Res verò hereditariæ dicuntur
quæ ejus de cuius hereditate controvertitur fuerunt vel jure dominii
vel possessionis l. 13. π. d. R. I. Hoc Interdicto secundum l. un. C. Thod.
Quor. Bon. heredibus ea quæ in ultimum usque vitæ diem defuncti
possessio vindicavit traduntur corporaque ab eo, qui prò herede
vel prò possesore possidet in eos non obstante proprietatis causa
transferuntur. Quæ verba aperè impugnant communem illam sen-
tentiam de quâ videri potest Menoch. d. acq. & retin. poss. remed. 4.
n. 104. q. 29. quod Interdicto Quorum bonorum agens Exceptio-
ne Dominii possit repellere. Respuit enim id non tantum Interdicto-
rum omnium per se natura quæ nullius alterius quæstionis occursum
admittunt, quæ nullius occursu quamvis justissimus videri possit, re-
tardari aut impediri possunt, quod clare d. l. un. C. Th. docent ver-
ba: Quid tam planius quam ut heredibus traderentur quæ in ulti-
mum usque diem defuncti possessio vindicasset, etiamsi quod possit
tribui de proprietate luctamen? Constat autem Virum ab Intestatæ
Uxoris bonis superstibis consanguineis esse extraneum, cum pru-
dentium omnium responsa tum lex ipsa naturæ successores eos fa-
ciat. Insuper etiam mansurâ perpetuâ sanctione jubemus, ut omni-
bus frustrationibus amputatis in petitorem corpora transferantur se-
cundaria actione proprietatis non exclusa. hinc mirè l. ult. C. Just. in-
terpolata est. Quibus verbis illud aperè definitur possessio in-
teriori causam in hoc Interdicto causam proprietatis prævenire; nul-
lamq; illi moram injici posse sub quacunq; frustratione vel mini-
mam. Atque ita hac frustrationis voce Exceptio quoq; Dominii in
continenti etiam probandi excluditur.

IV. Alterum adipiscendæ possessionis Interdictum est Quod
Legatorum possessionis heredi competens de possessione rei legatae
occupatae restituenda. Dividitur in Directū quod directo & principa-
litè ex ipsis verbis Edicti Prætorii arg. §. 16. j. d. L. Aquil. & utile
quod non ex verbis Edicti sed ex mente atque sententia ob æquita-
tem & utilitatem aliis quoq; Successoribus conceditur l. i. §. 3. Quo-
leg. l. un. C. eod: Causa impulsiva quæ Prætorem movit fuit tum he-
redis

cedis favor l. i. §. 2. 13. π. Qu. Leg.^o tum odium audaciæ Legatarii. Quamvis enim in Legatarium à morte testatoris statim dominium rei legatae transferatur l. 80. n. d. Leg. II. l. 64. n. d. Furt. voluit tamen Prætor ut Legatarius non propria autoritate occupet ejus possessionem sibiqve jus dicat, sed ut eam ab herede petat l. i. §. 2. b. s. junct. §. 1. j. d. Leg. Et l. un. C. Ne qu. in su. caus. Competit hoc Interdictum bonorum possessori l. un. C. b. t. heredi sive sit legitimus sive Testamentarius sive nuncupativus sive scriptus l. i. §. 2. b. t. sive directus sive FideiCommissarius arg. §. 6. 7. j. d. FideiC. hered. l. 8. §. 1. Quib. mod. pign. solv. PÆR. L. 3. T. 5. §. 15. Consistit hoc Interdictum in petitione possessionis rei legatae ab aliò occupatae & detentæ ex jure hereditario competenti l. i. §. 2. π. b. t. ad possessionis rei legatae occupatae restitutionem & acquisitionem adipiscendam l. i. §. 1. 2. 8. 12. π. b. t. unà cum fructibus l. 3. π. d. Interd. in hunc finem transfertur in heredem possessio rei legatae, ut ejus jus & interesse salvum maneat, tum ratione executionis, ut Legatarius ab ipsò herede petat & legatum accipiat §. 1. j. d. Legat. l. i. §. 2. π. b. t. tum ratione Falcidiæ ut heres eam à Legatis supra modum relictis deducat l. un. C. b. t. tum ratione electionis nè heres in quôvis legato teneatur præstare optimum l. 37. pr. d. Leg. I. Cesat Interdictum Quod Legatorum si vel nullum sit Interesse heredis arg. l. i. §. 2. π. b. t. vel res legata heridis Voluntate sit occupata l. i. §. 11. 12. 14. π. b. t. Me noch. d. Adipisc. poss. remed. 2. n. 30. Et seqq. vel si legatarius rem legatam à testatore ipso acceperit l. 34. §. 1. π. d. Leg. II. vel si heres satisfidare recusat l. i. §. 16. 18. l. 2. §. 4. π. b. t. Tertium adipiscendæ possessionis Interdictum est Salvianum cuius authorem Salvium Julianum JCTum conditorem perpetui Edicti & cuius mentio in extremo l. 2. d. O. I suspicatur Cujac. in parat. D. d. Salv. Interd. à quô dissen tit Treutl. Disp. d. θ. 2. lit. C. Cum idem Julianus in hoc Edictum commentatus sit & alii plures Salvii fuerint teste Juliano in l. 6. d. Leg. præstand. unde colligi potest manasse fortè à Prætore aliquò Salviò Giphian ad §. 3. j. directum datur locatori prædii rustici adversus colonum ad possessionem rei pignori obligatae consequendam d. §. 3. inf. j. d. Interd. l. i. π. d. Salv. Interd. Ille verò etiam Locatori prædii urbani contra Inquilinum arg. l. 2. π. In quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah. male vero hoc utile etiam cuivis Creditori contra quemvis possesorem tribuitur arg. d. l. i. π. Et l. i. C. d. Salv. Interd.

Nam



Nam in *I. i. C. d. prec.* prescribit *Gordianus* Salvianum Interdictum, tantummodo adversus Conductorem competere sed contra Emptorem sive singularem successorem Servianam aut quasi Servianam Actionem exercendam esse, quod idem est acsi dicatur, neque directò neque utiliter Interdictum dari. In *d. I. i.* non agitur de rebus coloni, quae alii sunt venditæ sed de rebus ab aliò debitore quovis oppigneratis & distractis postea, de his verum est Interdictum non reddi sed Servianam aut quasi Servianam Actionem competere. Quod vero ad res coloni attinet, quas hic alii vendidit vera est sententia *d. I. i. d. Salv. Interd.* Dominum adversus extraneum Salviano Interdicto recte experiri. Competit etiam contra Colonum partiarium, quoniam licet hic quidam simul socius sit, tamen etiam colonus est qui Domino fundi, & hinc in solidum Domino, tertiam vel dimidiā fructū partem prō mercede annuā præstat *Bald. in I. 5. C. Locat.* Cum Interdictum Salvianum detur prō consequenda possessione rerum pignori obligatarum, ideo *Treutl. d. V. D. 8. Lit. g.* statuit dari adversus minorem cum bona ejus pro pensione obligentur *arg. I. 101. π. d. V. O. Diss. Menoch d. remed. n. 66. 81. 8 seqq.* qui *n. 82.* probat negantē opinionē, & statuit minoris bona tacitè non censi obligata, hancq; sententiam verissimam & alteram ineptam ex *I. 101. d. V. O.* dicit *Bachovius d. lit. G.* vel quia explicatio illius textus dubia est, & opinio communior quod minor sine Curatore non obligetur, vel potius quoniam ab obligatione ad rerum oppignorationem nulla est consequentia: cæteroquin efficeretur quod minor simpliciter etiam extra casum illationis bona sua possit oppignorare quod certò jure falsum est: Interdictum Salvianum expeditius est Actione Serviana quia sufficit in eo probare possessionem Debitoris i. e. quod tempore instituti Interdicti possideat, & quod res pignori fuerit obligata: in Serviana autem necessarium est probari rem tempore obligationis fuisse in bonis Debitoris: ut proinde Serviana videatur esse instar alicujus possessoriū, Salvianum autem possessoriū est, quō experiri commodius est *I. 24. d. R. V.* datur hoc Interdictum non tantum prō rebus illatis sed prō quibuscunq; aliis expressè pignori obligatis *§. 3. in fin. j. d. Interd.* Quod ad merces illatas attinet, ita jus est, ut si inquilinus sit mercator obligatur non singulæ merces in specie, quæ inferuntur, ut vendi non possint, sed quasi in genere dum aliae in aliarū locum surrogantur, ita ut effectu illæ tantum pignori teneantur & pro iis persequendis Interdictū detur, quæ tempore istius instituendipenes debitorem extat *arg. I. pen.*

*In quib. caus. pign. tac. l. cum tabernam 34. d. pign. Jure Pruss. Pro-
datur non tantum contra conductorem sed adversus quemvis extra-
neum possessorem P&R. L.3. & T. d. A. i. §. pen.*

V. Retinendae possessionis præcipua Interdicta sunt *Uti possi-
detis* & *Utrub.* quorum illud ad res immobiles pertinet per quod pos-
sessor defenditur contra eum, à quô turbatur, interea dum de pro-
prietate disceptatur, dummodò satisdet se non facturum eam dete-
riorem, nam si id recusaret possessio transferretur ad adversarium
satisfantem l. un. C. *Uti possidet:* Qui accepit ab alio licet vivel clam
vel precario te potenter vincit; non tamen si abs te accepit, nam sic
à te possidet l. i. §. ult. D. *Uti possid:* Adversus enim cæteros jure an in-
juria possideam plus juris habeo quam qui non possidet l. 2. π. &
βασιλ. de *Interd.* *Uti possid.* Si Ego & Tu rem eandem insolidum pos-
sideamus quatenus à me injustè possides ego potior sum: si vero non
à me, quamvis injustè possides neuter noster ab aliò vincitur l. 3. π. &
βασιλ. eod. Quid si adversarius se Dominum probare velit, an vim
hujus Interdicti impedire queat? N. quia separata est causa posses-
sionis & dominii l. i. & 3. d. b. t. *Fachin.* lib. 8. c. 17. Ideoq; turbator
ordine de jure possessionis disceptare prius cogitur, ita demum
victurus, si doceat adversarii vitiosam possessionem. Unde apparet
eum quoq; hoc Interdicto uti posse qui vi dejectus est, animo civi-
lem possessionem retinens. Quemadmodum is quoq; ex cuius agro
adversarius fructus aufert hoc Interdicto non vero *Unde Vi* experiri
debet, idq; potissimum in rebus incorporalibus veluti decimis. Illud
quoq; notandum eō ipsō turbationem adversarii probari quod is in
judicio possessionem sibi asserat *Bald.* in *l. ordinarii d. R. V.* Com-
petit ei qui prō suo possidet sive civiliter sive naturaliter, sive justè sive
non jure non etiam possidenti alienō nomine velut colono l. i. §. de-
jicitur D. *Unde Vi.* Quamvis hi quoq; interim naturaliter i.e. cor-
poraliter possidere dicantur, nam per hos Dominus ut possidet, sic &
turbatur si ipsis vis fiat, qui tamen & judicis officio juvantur l. 7. §.
neg; D. *Communi Div.* Excipitur si Colonus possessionem domino in-
terverterit, eum recognoscere recusans; jam enim sibi possidet, ideoq;
ut à Domino conveniri Interdicto *Unde Vi* potest, si illum aut ab eō
misum excluderit à possessione ita ipse spoliatus ab alio adversus eum
hoc Interdicto jam utetur l. 12. l. 18. D. *Unde Vi.* Idemq; erit et si Co-
lonus dejectus fuerit ab eō quem Locator miserat v.g. emptore: quia
non



non ab eō sed à Domino vi possideat d.l.18 Bronch 4. assert.24. § 25.
Plane hoc Interdicto quoq; restituuntur res depositæ vel commodatæ
in loco, ubi quis turbatur, vel unde dejectus est l. i. §. quod D. d. VI
Diod. Tuld. Comm. in lib. 8. C.T. 6. Interdictum Utrubi spectat ad
res mobiles, ideo explicatur per *Utro in loco Alciat. 10. parerg. 7.* quan-
quam locus nihil ad hoc Interdictum faciat, quoniam ubicunq; ser-
vus possessus fuerit, vel possessus dicatur hoc Interdictum locum ha-
bet. Verior est sententia *Accursii in l. i. D. Utrubi & Salicet. ad Rubr.*
C. *Uti possid.* quod Prætor hoc verbo utrubi respexerit ad duas perso-
nas possessionem sibi asserentes & nihil aliud. significet, quam apud
quem: Codex Theodosianus pro Utrubi habet *Utrum Vi.* Quia
hoc interdictum ad rerum se moventium & mobilium possessionem
pertinet, ideo & fugitivis coloni nomine bonæ fidei possessori datur.
Interdictum Utrubi in l. un. C. Theod. d. t. *Utrum Vi.* Si coloni quos
bona fide quisque possedit ad alios fugae vitio transeuntes necessitatem
conditionis propriæ declinare tentaverint bonæ fidei possessori pri-
mum oportet & celeri reformatione succurri, tunc causam originis
& proprietatis agitari, non expectatis temporibus nec denunciatio-
ne solenni quæ locum in iis negotiis non habebunt. Cum qua con-
venit l. 14. Agricol. cens. & col. Utrumque hoc retinenda possessionis
Interdictum confirmatur Jure Prut. Prov. L. & T. d. A. 2. §. 1. 2. usq; ad
8. inclusivè.

V I. Interdictum recuperandæ possessionis interdictum *Unde*
Vi quo experitur is qui vi de possessione rei immobilis dejectus est,
adversus eum, qui dejecit vel mandavit, aut ratum habuit ad recu-
perandam possessionem cum omni causa §. 6. j. d. Interd. Datur hoc
Interdictum non quidem colono aut inquilino arg. l. i. §. 9. π. h. t. d.
Vi & d. VI arm. Bronch cent. 4. assert. 25. sed cuivis possessori dejecto
etiam prædoni manifesto contra ipsum Dominum l. 17. π. d. t. l. un.
C. Si per vim vel al. mod. l. 7. C. Ad. L. Jul. d. Vi publ. Absentium
etiam securitati & possessioni adversus vim defendendæ recuperan-
dæq; consultit Imp. Constantinus A. Severo in l. i. C. Theod. Unde *Vi*
rescribens: *Judices absentium qui cujuslibet rei possessione private*
sunt, suscipiant in jure personam & autoritatis suæ formidabile
ministerium objiciant, atq; ita tueantur absentes. Hos tamen judices,
quos absentium iussimus subire personam, intra hos terminos mini-

fieri retinemus; ut illibatis atque omnibus integris cause principalis internis, id solum diligentè inquirant utrum ejus qui quolibet pacto peregrinatur, possessio oblata est quam propinquus vel amicus vel servulus quolibet titulo retinebat: Nec hos qui dejecti sunt, absentium nomine possidentes quia nomine ipsis cause dictio mandata sit, ab experiunda re secludant: Nec si servi sint, eorum rejiciant in jure personas, quia hujusmodi conditionis hominibus causas orare fas non sit: Sed post elapsa quoque spatia recuperandæ possessioni legibus præstituta, litigium eis inferentibus largiri conveniet, ut eos momentaneæ perinde possessioni restituant, ac si reversus Dominus litigasset. Cui tamen quolibet tempore reverso actionem recuperandæ possessionis indulsimus quia fieri potest, ut restitutio propter servulos infideles vel negligentes propinquos vel amicos & colonos interea differatur: absenti enim officere non debet tempus emensum quod recuperandæ possessioni legibus præstitutum est. Sed reformato statu qui per injuriam sublatus est omnia quæ supererunt ad disceptationem litigii immutilata permaneant, judicio reservato justis legitimisq; personis cum valde sufficiat possessionem tenentibus absentium nomine contra præsentium violentiam subveniri. Coercet Constantinus hac Constitutione invasionem alienæ rei & possessionis quia perviae sunt semper injuriis facultates absentium & quodammodo videtur occasio homines in delictum trahere, quæ non potest animum pervadentis de resultatione terrere. Hanc Constitutionem Justinianus ad vacuam absentium possessionem usurpatam extendit l. ult. C. Unde Vi & t.t. C. f. Si per vim vel alio modo poss. abs. perturb. sit. Menoch. rem. recip. poss. 12. à. n. 14. In heredes etiam cæterosq; successores competit in id quod ad eos pervenit, vel dolo malo eorum factum est quo minus perveniret l. i. §. ult. l. 3. pr. l. 9. π. d. Vi & Vi arm. Contra singularem tamen successorem non concedi verius est l. 7. π. d. t. Datur hoc Interdictum non tantum adversus eum qui ipse sed & eum cuius familia nec jubente nec ratum habente Domino dejecerit, etsi ejus filiusfam. aut mercenarius dejecerit aliquem tenetur utili Interdicto, quod si nihil ad Dominum ex hoc Servi delicto pervenit dolovè malo eorum factum sit quo minus perveniret noxæ ditione Dominus liberatur l. i. §. 15. & 20. h.t. Porro contra eum qui clam ingressus est possessionem alienam Interdictum hoc non datur quoniam illud proponitur ei qui vi dejectus est non potest autem

autem vis videri commissa ab eo qui clam possessionem absentis occupavit, sed contra eum competit Interdictum Uti possidetis l. 3. in pr. l. ult. Uti possid. Potest possessio aliena invadi & interverti etiam sine vi ideo cessat subscriptio in poenam talionis, quo fit ut interdictum momentaneæ possessionis à temporis brevitate dictum expeditatur quia statim sine Exceptione restituitur possessio l. 6. C. Unde Vi. Qui civiliter agit Interdicto Unde Vi vel Actione in factum loco Interdicti ad id contendit ut ei à violento possessore restituatur possessio, & id quod sua interest præstetur, si autem criminaliter agat. ex L. Julia d. Vi publica ad poenam concludet deportationis, quam publicatio bonorum sequitur l. 10. §. ult. π. Ad L. Jul. de Vi publ. Etiam capitulū si quis ex suis ea vi occisus fuerit l. 6. C. eod. Ex Lege autem Julia de Vi privata poena est publicatio tertiae partis bonorum & infamia l. ult. π. Ad L. Jul. d. Vi priv. Ex Constitutionibus Principum aliae quoq; sunt pænae pro factorum varietate. Nam ex Constitutione D. Marci Creditor qui suum Creditum sive pro eo rem Debitoris, vel pecuniam non ab illo sibi datam, ipse sua sponte & sine judice occupaverit creditum suum amittit. l. 7. π. Ad L. Jul. d. Vi priv. Itemq; in l. 1. in fin. D. Pius rescripsit nullam vim nautis fieri debere & si quis fecerit ut severissime puniatur. Propter violentiæ gravitatem, quæ furoris audacia vocatur. Valentinianus statuit ut si quis rem alienam mobilem vi rapere vel immobilem apud Fiscum vel privatum constitutam violenter invadere ausus fuerit post rei restitutionem ejusdem quoque veram æstimationem vim passo præstare compellatur: Si vero invasoris res propria sit non solum eam veteri possessori restituat, sed etiam ejus rei dominium amittat non quidem ipsò jure sed per declaratoriam Judicis sententiam l. 7. C. b. t. Qui civiliter agit Interdicto Unde Vi non prohibetur ex prædictis Legibus criminalem Accusationem instituere quia civilis Actio criminalem non consumit l. 4. C. b. t. l. un. C. quand. civ. Act. crim. præjud. Vis judicis vi à privato commissæ comparatur. d. l. 6. Et Spoliatus à judice juris ordine prætermisso ante omnia restituatur. C. 7. π. de Rest. Spol. Interdum spoliato denegatur restitutio quando ex restitutione magnum aliquod incommode timetur, aut saltem differtur restitutio tantisper dum adversus illud incommode satis prospectum fuerit. Hinc est quod Viro Uxoris restitutionem postulanti, vel è contrariō, Restitutio denegetur utputa-

Si Conjugum altero absente adulteratus fuisse convincatur C. 4.
¶ d. Divort. nisi mutua adulterii replicatione juvetur c. pen. & fin.
¶ d. Adult. Si quoque Consanguinitatis vel affinitatis in gradu prohibito existentis impedimentum allegetur atque in continenti probetur c. 13. ¶ d. Rest. Spol. Si etiam maritus uxorem capitali odio ita persequatur, tantaque ipsius saevitia sit, ut mulier se cura esse non possit c. 8. ¶ d. t. Deinde si Uxor quae a marito discensit se Virginem assertat atque Religionem professa sit c. 14. ¶ d. prob. De Jure Civilis etiam notorius praedo spoliatus restituendus videtur l. 7. C. Ad L. jul. d. vii pub. l. pen. §. 2. C. d. præscr. 30. ann. l. 4. §. 26. n. d. Usucap. Fachin. l. 8. c. 10. Si tamen statutum aliquod recederet a Jure Communi præ iniquo haberi haud posset quia spoliatus dolo agit dum petit possessionem quam mox restituturus est l. 8. n. d. dol. mal. & met. Except. Facit quod habet l. 31. n. dep. Depositum reddendum esse deponenti, nisi aliud justior causa exigat, ut in casu quo Dominus verus cum prædone concurrit. Non enim est Legis fovere alicujus malitiam sed unicuique suum tribuere. Perez. ad h. t. n. 9. 12. 13. & seqq. Hoc Interdictum una cum poena civili & criminali confirmatur Jure nostro. Prut. Prov. d. L. T. toto A. 3.

VII. Tituli ne Vis fiat ei qui in possessionem missus erit, verba sunt. Interdicti prohibitorii, sed adjunctum statim complectitur restitutorii veluti in possessione: Quod dolo malo factum est quo minus is in possessionem bonorum veniret id restituat, atq; etiam poenalis Actio quae proponitur l. 1. Itaq; si quis post redditum Interdictum prohibitorium dolo fecerit quo minus quis in possessione bonorum sit is vel Interdicto. Restitutorio tenetur vel coercetur actione in factum poenali. Hæc Actio poenalis excepta legatorum missione, intra annum competit, & non postea. Non datur in quantum ea missio est quae custodiam potius quam utilitatem misso Creditori adfert: sed quanti ea res est ob quam in possessionem quis mittitur l. 1. in pr. h. t. Ne vis si: Quæcum possessione longè sit impensior meritò hæc Actio poenalis dicitur: neque enim damnum quod quis ob impeditam facto alterius, eriptamque possessionem habet, sed omne illud continet, cuius gratia possessio decreta fuit. Si quis ex causa Actionis consecutus, quanti res est, an supersit Actio contra debitorem? controvertitur Bach. in. not. ad W. existimat si ipse debitor prohibuerit & conventus præstiterit, quod interest, nullam superesse Actionem. Sed difficultatem esse,

an.



an si tertius id præstiterit Actio in Debitorem detur? quæ diffinctio
tradita est in l. 3. §. 15. π. d. Tab. Exhib. putat tamen simpliciter etiamsi
tertius præstiterit liberatum esse debitorem. In Interdicto de tabulis
exhibendis hæc ratio diversitatis est, quod Reus tenetur ad exhiben-
das tabulas quas penes se habet, quas cur non exhibeat ut maxime
tertius Interesse præstiterit, causam non habet, etsi non faciat contu-
maciam committit. Interdictum de tabulis exhibendis ei competit
qui Testamento aliquo heres institutus est, aut aliquid sibi adscri-
ptum habet, adversus eum, qui tabulas Testamenti supprimit, easvè
exhibere posse negat: ad hoc ut eæ tabulæ exhibeantur, aut Actori
præstetur, quanti interest, eas tabulas exhibitas fuisse. l. 1. l. 3. §. 11. d.
tab. exhib. PNR. L. & T. d. A. 2. §. 23. Intentatur ab omnibus quorum
interest l. locum 3. §. 10. & n. b. t. horum namque censentur esse tabu-
læ l. tabularum 2. π. quemadmodum. Testam. ap: adversus tabulas possi-
dentes vel detinentes l. 3. §. si tabulæ 2. & 3. b. t. cuiuslibet scil. ultimæ
Voluntatis sive sit Testamentum sive Codicillus sive qualiscunqve li-
bellus l. 1. in pr. l. 3. §. 13. & §. 8. Ad Exhib: Vel dolo malo possidere
desinentes l. 1. in pr. l. 3. π. b. t. Qui & nonnunquam publico L. Cor-
neliae judicio cui hoc Interdicto nullum præjudicium fruatur l. 9. §. 2.
π. d. dol. mal. Idqve post annum vivit l. 3. §. 16. b. t. & heredi cæte-
risqve successoribus datur, quamvis in heredes non competit, nisi
locupletiores facti vel in dolo sint l. 12. §. fin. π. Ad Exhib:

VIII. De Divinis rebus generale Interdictum est t.t. π. Ne quid
in loco sacro fiat ad detrimentum. Ex hoc Interdicto cuiilibet de Popu-
lo datur Actio l. 10. C. d. Epist. & Cler. quia interest publica loca Sarta-
te etiæque servari l. 2. §. 1. Ne quid in loc. publ: In t.t. d. Locis & itine-
ribus publicis Interdictum est veluti petitorum, juris publici tuendi
causa: ut constituatur via publica collatione facta ex agris privato-
rum & populare. Interdictum prohibitorum datur ne quis in loco
publico quid faciat, in ve eum immittat quâ ex re quid illi damni de-
tur, præterquam quod Lege SCTo Edicto decretovè Principum Ti-
bi concessum est: l. 2. in pr. π. Ne quid in loc. publ. vel it. fiat: de eo
quod factum erit, Prætor negat se judicium daturum, ne scil. ruinis
urbs facile deformetur d. l. 2. §. Si quis nemine. Hoc Interdictum po-
pulare est. Datur enim ex eo cuiilibet de populo Actio & quidem per-
petua d. l. 2. §. hoc interdum 34. Non enim facile debuit præscribi

quæ publicam utilitatem eamq; pecuniariam continet: nam publica non præscribuntur *L. competit C. d. præscr. 30. ann.*: Datur autem aduersus quemvis in publico aliquid molientem in hoc ut caveat non fieri *d. l. 2. §. quis Nemine h. t.* sequitur aliud Interdictum prohibitorium, *t. t. π. d. Loc publ. fr.* ne publicanis qui conduxerunt areas insulas, balnea, porticus lacus aut stagna vel his quos in eâ conductione socios sibi adjunixerunt, vis fiat, quo minus ex lege Locationis publicis locis fruantur extra quam si quis cui id concessum est statuam vel imaginem in publico loco ponere velit, hoc enim potest invitis conductoribus si Senatus aut Princeps permiserit. Permissu opus est ex Edictō Claudi quod refert *Dio. 58.* nisi quis publicum opus ædificet vel reficiat. Huic quoqve rei provisum est urbanis prædiis *t. t. π. d.* *Via publ.* & si quid in eâ fact. ess. dic: Urbanis enim viis prospicitur Edicto Ædilium Curulum, penes quos harum cura est, qui vetant aliquid immittere facere in viam publicam, quod prætereuntib⁹ aut impedimento aut noxæ esse possit: jubentq; projicere unumquemq; juxta propriam domum viam publicam reficere & purgare *l. un. h. t.* De via rustica est totus titulus *π. d.* *Via publ.* & it: publ. ref: In quō proponiūr Interdictum prohibitorium & populare, nè vis fiat ei qui viam publicam iter ve publicum reficere velit. Sed si quid damni detur in specie refectionis, ut si quis viam publicam rejecerit in fundum vicini, *Legis Aquiliæ Actio* est, ut quæ in ripa reficiendā obtinet *l. i. §. ult. d. Rip. mun.* eadem obtineat in via refienda.

IX. Optimè quoqve Interdicto cavetur ne aquæ aliter fluat, quia Natura ipsa rebus mortalium consuluit magis, quam ut eam Ars hominis superare queat, ideo *Forstnerus in not. ad Tacit. l. i. Ann. c. 79. inquit:* Fluminum derivationes vix unquam benè successisse, perpetuâ observatione notatum esse: Nec enim sibi naturæ vim inferri patitur. Nec licet in flumine publico ædificare nisi Principis aut Magistratus autoritate *l. 2. §. Si quis à principe D. Ne quid in loc. publ. l. 18. §. i. l. 23. D. d. Aq. pluv.* si flumen sit navigabile *l. 2. D. d. Flum.* Nec potest magistratus concedere aquæ ductum si flumen minus navigabile efficiat *d. l. 2. Ripæ etiam fluminum probè sunt muniendæ t. t. D. d. Rip. mun.* Licet etiam mihi si in agro meo inferiori magna sit abundantia aquarum perveniens ex agro superiori aggeres & foveas habere ut aqua ad aliam partem transeat, agerque

agerqve meus illâ exoneretur , ni saltem pactum in contrarium ob-
stet l. i. §. 23. π. d. aq. pluv: Quod si aggerem qui in fundo vicini
superioris erat vis aquæ dejecit , & ita aqua pluvia mihi noceat , tum
si naturalis agger fuit , potest vicinus cogi aquæ pluviaæ arcendæ a-
ctione ut eum reficiat l. 2. §. 5. π. eod. Quod si vero flumen publi-
cum excrescere mihiqve damnum dare solet ob inundationem tum
licitum mihi est aggerem vel aliud ad defensionem prædii mei oppo-
nere l. i. §. 7. D. Ne quid in fl. pu: Rivus differt à flumine magnitu-
dine l. i. §. 1. D. d. Flum: Si per fundum jus mihi est aquam de rivo
ducere , hæc jura tacitè sequentur , ut reficere mihi rivum liceat , &
adire quas proximè possim ad reficiendum. Ideo quasi possessio-
nis ratione varia ebulliunt Interdicta respicientia aquæductum vel
aquæhaustum. Aquæductum vel in usu vel in conservatione. Illius
nomine inveniuntur Interdicta de aquâ quæ perennis est l. i. §. 5. du-
ci potest §. 6. & præterea capite ducitur §. 7. 8. 39. b. t. d. aq. quoti-
diana quæ quotidie ad usum nostrumqve commodum duci potest
l. i. §. 2. 3. 4. §. 11. b. t. & æstiva quæ æstate tantum ad irrigandos agros
ducitur l. i. d. §. quæ interdum prohibitoria interdum restitutoria
successoribus competentia d. l. i. §. 29. & §. 39. Itemqve ea quæ ex
castello ducitur. l. i. §. 41. 42. b. t. Hujus causa proditum est Interdi-
ctum de rivis t. t. d. Riv. De aquæhaustu quô & comprehenditur pe-
coris ad aquam appulsus l. i. §. 2. d. Font. Interdictum redditur de
fonte it. lacu puteo piscina d. l. i. pr. Si rivum tamen aqua habeat
unde ad cisternam imbribus conceptam hoc Interdictum non per-
tinet d. l. i. §. 4. P. R. L. & T. d. A. 2. §. 13. 14. 15. 16.

X. Pari modò de cloacis seu locis concavis per quæ colluvies fluunt,
ut sunt tubi fistulæ canales l. i. π. d. Cloac. duplex Interdictū editur al-
terum prohibitorium de non impedienda cloacarum purgatione l. i.
pr. b. t. quia purgatio earum ne sordium culinarium copia indeqve
exsurgente fætore , aër inficiatur , ad bonum spectat publicum , alte-
rum restitutorium ut restituatur quod in publica cloaca factum sive
immisum ut ejus usus deterior fiat; Utrumqve Interdictum Jus
nostrum Pruten. brevissimis includit verbis seqq. Si quis à vicino
suo vel alio in cuius ædes cloaca pertinet; quo minus eam purgare
aut reficere possit , prohibeatur , aut si vicinus in eam aliquid immit-
rat , quo cloacæ usus impediatur , competit ei hoc Interdictum P. R.
d. L. T



L. T. A. 2. §. 17. Interdicto **Quod** **vi** aut clam vel de operis novi
nuntiatione non tenetur qui opus fecit post nuntiationem, si
remissionem nuntiationis à Prætore impetraverit: quin imò ut cui
nuntiatum est novum opus, post Satisfactionem de opere restituendō
datur Interdictum prohibitorium; Ne vis fiat ædificanti **l. 20.**
S. deinde op: nov. nunt: ita post remissionem seu abolitionem
nuntiationis operis novi à Prætore factam **t. t. π. d.** Remiss. ei
dabatur Interdictum ad simile. Interdictum de preario competit
ei qui preario dedit adversus eum qui precarium habet, ut id
restituat. Nam quod quis preario respectu vicinitatis aut ami-
citiæ alicui concessit, id ad nutum revocabile est **l. 2. §. 3. π. d. prec.**
l. 3. §. 4. & 6. eod. **P. L. R. d. l. T. & A. 2. §. 18.** Interdictum de arbori-
bus quæ vicino officiunt cædendis quoad urbanum prædium ita se-
habet: quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius impendet; si per te
stat quo minus eam adim. is, tunc quo minus illi eam arborem; a-
dimere sibi que habere liceat vim fieri vero **l. 1. in pr. π. d. Arb. ced.**
De iis quæ in agro sunt alio modo interdit **l. 1. §. pen. eod.** **P. L. R. d. L. T. A. §. 19.** Interdictū de glande cujus nomine omnes fructus con-
tinentur **l. 236. §. glandis d. V. S.** competit intra triduum **l. un. π. d. gland.**
leg. Hoc Jure Sax. & Prut. non obtinet quo fructus in alienum
fundum pendentes aut cadentes possessori ejus fundi indistinctè con-
ceduntur **S. L. R. L. 2. a. 52. Fachs. diff. ult. par. 1.** Adversus detinen-
tem dolo malo datur Interd. d. lib. hom. exhib. t. t. d. Lib. hom. exhib.
Hoc excipit quod proponitur in **t. t. π. d. lib. exhib.** Interdictum
de migrando Inquilino proponitur qui solutâ pensione vult
migrare **t. t. π. d. migrand. toto §. 21.**

P. L. R. d. L. T. & A.



Kc 3004

ULB Halle
003 757 714

3



Bitte nach Ausleihe an
Frau Richter 1
Sammelbd. ? oder
Ludwaffene Werte ?

10.02.12



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

